



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De conditionibus validæ confessionis. cap. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nuntium, vel litteras absente pœnitente, illicita, & inualida est.

*De conditionibus valida confessionis. Cap. 7.*

**S**exdecim communiter assignari solent confessionis sacramentalis cōditiones, quarum tamen hęc quatuor tantum necessarię videntur. \*Prima est, ut sit integra, \*Secunda diligēs, \*Tertia fidelis, \*Quarta obediens. Integritas ex peccatorum numero & grauitate est attendenda, ita ut singula mortalia precisè explicentur eorumque grauitas, quod si pœnitens non recordetur precisè numeri, addat sub dubio, fortè paulò rarius aut frequentius, vel certe tempus designet & consuetudinem peccandi, & eodem pertinet ut qui dubitat an peccatum aliquod sit letale, hoc exprimat, alioquin cōfessio non est integra.

Circumstantiæ actus peccati hoc  
versu continentur.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis,  
Quoties, cur, quomodo,  
quando.

Quæ in istis quinque casibus dun-  
taxat sunt exprimendæ. \* Primo,  
quâdo circumstantia facit actum  
esse peccatum mortale, quod alias  
erat veniale. vt si quis dicat ver-  
bum iocosum vt alter occidatur.  
\* Secundo quando circumstantia  
mutat speciem, vt furari in Eccle-  
sia. \* Tertio quâdo peccatum mor-  
tale multiplicatur, vt si quis fure-  
tur, vt adulteretur, sunt enim duo  
peccata, furtum videlicet & adul-  
terium: vel qui habet votum ca-  
stitatis, fornicetur, quod etiam ha-  
bet locum in actibus internis, vt si  
quis desideret virginem aut con-  
iugatam. \* Quarto quando pec-  
catum habet excommunicationem  
annexam. \* Quinto quando resti-  
tutio est facienda tertiæ personæ

vt si iuratus est decem, cē:um, vel mille aureos.

*Quibus casibus confessio non integra, est valida. Cap. 8.*

**Q** Vinque sunt casus in quibus confessio non integra, est valida: \* Primus est, cū quis post diligētem discussionem, oblitus aliquod mortale, illud non confitetur, quod tamen si postea memorię occurrerit confiteri debet: sed statim post communionem non est necessarium, quin imo potest illud seruare in sequentem annum. \* Secundus, Infirmus moriens, nōdum omnia peccata, ore, vel nutibus confessus, est absoluentus, si aliqua prius narrauit, quin etiam & ille, qui ante confessarium petiit, & eo adueniente iam sensum perdidit, absolui poterit quemadmodum & mutus qui non potest omnia confi-